

Littere Cardinalis Gumbae ad  
Stephanum Regem Poloniae

De andrea Bathori ejusq; adventu in  
urbem

182

Reverendissime Rex. Grata mihi Majestatis  
Vestrae benignitas fuit, et significatio pro:  
pensa in me voluntatis, de qua me et  
per literas humanitatis notis insignes, et  
per hunc Illustrissimum Juvenem tanti Re:  
gis conjunctione ac disciplina dignissimum  
certiorem fecit, quamvis ejusmodi officia  
mihi honorifica videntur, acceptissima  
sunt tamen, cum ab eo Rege proficiun:  
tur, qui tantum Catholicae religionis ac  
virtutis specimen dediderit, ut vera regnan:  
di scientia, ac facultate longe se antea  
Regem fuisse ostenderit, quam Regnum  
adeptus esset. Equidem apertandi causa  
nullam habeo, et qui me norunt, longe  
a meis majoribus hanc suspicionem esse  
amotam sciunt, sed huic profecto seculo  
gratulor, quod nostris oculis dedit, ut cer:  
neremus, qualem vix fingere animo pote:  
ramus Regem omnibus et sapientie et  
virtutis plane heroicae in numeris abso:  
lutum. Quod cum ita esse mihi persua:  
sum sit, cumq; perspecta virtus mirabi:  
les amores excitare soleat sui, facile est  
intelligere, quanta cupiditate incensus  
sim in ijs, quae a me proficisci possunt,  
omnibus vris vna commodis atq; hono:  
ribus inserviendi, id quod et Illustriss: Fra:  
tris filio largiter polliceri non destiti, cum  
ego adolescentem in S. Senatu, incredibili elo:  
quentia dexteritate vris vna mandata

Scitissimo

Nowakowski

1883

281

Sanctissimo Domino nostro exponente au:  
diens animadverti magni sui apud omnes  
expectationem concitasse spernq; haud du:  
biam concepimus fore, illum aliquando ma:  
gnam Ecclesiae Sanctae lumen. Itaq; etiam  
hoc nomine Majestatis Vestrae gratulor  
meque ei ex animo humillimo commen:  
do. Deum rogamus ut Majestatem Vram  
Nobis et Christianae Reipublicae, quam  
diutissime servet incolumem.

Majestatis Vestrae deditissimus.  
Servitor.

Cardinalis de Gumbua *uffo*